

## Böhmen

### BOEH 1

(1206) April 26, Rom  
[Papst Innozenz III.] befiehlt dem Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg, dem Abt [Wolfram] von Admont und dem Domdekan [Dietmar] von Gurk, im Eheprozess des Königs [Ottokar I. Přemysl] von Böhmen die Tatsachen festzustellen, ihm diese zu übermitteln und den Parteien einen Termin zu setzen, an dem sie durch Prokuratoren an der Kurie das endgültige Urteil entgegennehmen sollen, nachdem der König seinen Eid, seine rechtmäßige Frau A(delheid), die Schwester des Markgrafen von Meißen, zurückzunehmen und sich von [Konstanze], der Schwester des Königs A(ndreas II.) von Ungarn, die er danach geheiratet hat, zu trennen, nicht erfüllt hat.

Hss.: *Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 7, fol. 86v–87r Nr. 60 (B).*

Edd.: Bréquigny, *Diplomata II/2* (1791), S. 889–890 Nr. 60 (nach Raynaldus). — Fejér, *CD Hungariae II* (1829), S. 372–373 (nach Raynaldus, unvollständig), zu 1199. — Erben, *Reg. Bohemiae et Moraviae I* (1855), S. 225–226 Nr. 496 (nach Raynaldus, unvollständig). — Migne, *PL 215* (1855), Sp. 872–873 Nr. 60 (nach Raynaldus). — Theiner/Raynaldus, *Annales XX* (1870), S. 222–223 Nr. 24–25. — Posse, *Urk. Meissen* (1898), S. 76–77 Nr. 95 (aus B). — Friedrich, *CDB II* (1912), S. 48–50 Nr. 55 (aus B). — Sommerlechner, *Register Innocenz' III. 9* (2004), S. 108–110 Nr. 60 (aus B).

Reg.: Palacký, *Reise* (1838), S. 19 Nr. 41. — Böhmer, *Reg. imp.* (1849), S. 312 Nr. 215. — Ankershofen, *Urkundenreg. Kärnten* (AKÖGQ 14, 1855), S. 132 Nr. 656. — Meiller, *Reg. Salzburg* (1866), S. 188 Nr. 83. — Potthast, *Reg. pont. Rom. I* (1874), S. 236 Nr. 2762. — Böhmer/Ficker/Winkelmann, *RI V/2,3* (1892), S. 1095 Nr. 5962. — Jaksch, *MDC I* (1896), S. 307 Nr. 415.

Lit: Peschl, Gurk (1965), S. 168. — Šretr, *Vliv rozvodové* (2010), S. 41, 46, 48–51.

Für die „*Annales ecclesiastici*“ konnte nur auf die Neuauflage in 37 Bänden von Augustin Theiner zurückgegriffen werden, dort ebenso wie in allen weiteren auf Raynaldus zurückgehenden Drucken (und entsprechend in den auf diese zurückgreifenden Regesten) nur abbatii Salzeburgensis diocesis statt abbatii Admuntensi, Salzeburgensis diocesis. So hingegen (jeweils aus B) bei Posse, *Urk. Meissen*; Friedrich, *CDB II*; Sommerlechner, *Register Innocenz' III. 9*.

Bei den beiden erwähnten Urkunden Papst Innozenz' III. handelt es sich um jene von 1201 Mai/Juni an die Erzbischöfe von Salzburg und Magdeburg sowie Propst Romarus von Seeburg und die darin erwähnte Urkunde von vermutlich 1200 an Bischof Gardolf von Halberstadt und seine hier nicht namentlich genannten Mitrichter Bischof Berthold von Naumburg und den Abt von Winemar (Edd. in Friedrich, *CDB II*, S. 14–16 Nr. 20, siehe auch Sommerlechner, *Register Innocenz' III. 9*, S. 109 Anm. 13, 15, 16).

*Als Vorurkunde diente das Mandat Papst Innozenz' III. an den Erzbischof von Magdeburg und die Äbte von Bürgel und Altzelle von 1199 ca. Oktober (Edd. in Hageneder/Maleczek/Strnad, Register Innocenz' III. 2 [1979], S. 343–345 Nr. 179).*

*Ediert nach B. Der Ausweis der Übereinstimmungen mit der Vorurkunde erfolgt nach der Überlieferung in den Registra Vaticana (siehe oben).*

. . Salzeburgensi archiepiscopo et . . abbatii Admuntensi, Salzeburgensis diocesis, et . . decano Gurcensi. Ex parte dilecti filii nobilis viri . . marchionis Misnensis et A(delheidis) sororis ipsius nostris est auribus intimatum, quod, cum karissimus in Christo filius noster . . Boemie rex illustris ipsam A(delheidam) duxisset legitime in uxorem ac eam decem et octo annis et amplius velut uxorem legitimam pertractasset filiis et filiabus ex ea susceptis, tandem suadente humani generis inimico illam a suo consortio separavit, et venerabilis frater noster . . Pragensis episcopus habitu quorundam prelatorum consilio in quodam monasterio ad petitionem et mandatum ipsius regis, ipsa volente ad eos accedere, ut suas coram eis proponeret rationes, militibus eiusdem regis prohibentibus \* bis vel ter ingressum eidem et ex parte illius appellatione ad sedem apostolicam interposita, sententiam inter eos divortii non est veritus promulgare ac demum ipse rex quandam aliam, \* . . sororem \* videlicet \* karissimi in Christo filii nostri A(ndree), nunc regis Vngarie, superduxit. Super hoc autem cum ad nos querimonia devenisset, causam ipsam venerabili fratri nostro . . Alberstatensi episcopo et coniudicibus eius duximus committendam, qui postmodum eandem causam instructam ad nostram presentiam remiserunt. Cumque denuo tibi, frater . . Salzburgensis, et bone memorie . . Maideburgensi<sup>a)</sup> archiepiscopis et dilecto filio . . preposito Romano causam commisissemus eandem, ipsi prefatum regem propter idem negotium citaverunt. Sed quoniam idem rex nuntios eorum, ut asseritur, fecit inhoneste tractari, ipsi non processerunt amplius super<sup>b)</sup> causa. Interea vero prefatus rex correctus a domino, sicut dicitur, et magna contra ipsum adversitate surgente reversus ad semet ipsum dixisse proponitur: „Merito hec patior, quia legitimam uxorem meam sine causa dimisi et propter hoc filios meos filiasque confudi“. Cumque reatum suum taliter recognosceret, convocatis maioribus terre sue nichilominus etiam liberis et ministerialibus fratris eiusdem uxoris sue iuravit ipse fecitque iurari per suos, quod superinductam expelleret ac legitimam revocaret, quod postmodum non implevit, licet illud per litteras signatas sigillo proprio confirmarit. Quamvis igitur ex apostolice servitutis officio simus omnibus in iustitia debitores, volentes tamen ita predictorum marchionis et sororis ipsius iustas petitiones admittere, ut prefatorum regis Boemie ac sororis regis Vngarie iustitiam non ledamus, discretioni vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus ad diem et locum partibus competentem vocatis coram vobis, quos videritis evocandos, in ipso negotio mediante iustitita usque ad calculum diffinitive sententie sublato appellationis obstaculo procedatis et causam sufficienter instructam ad nostrum remittatis examen, prefigentes partibus terminum congruentem, quo per procuratores idoneos nostro se conspectui representent sententiam auctore domino receptione. Testes autem etc. Nullis litteris veritati etc. Quod si non omnes etc. Tu frater archiepiscope etc. Dat. Rome apud sanctum Petrum, VI kal. maii, anno nono.

<sup>a)</sup> B. – <sup>b)</sup> per verbessert, folgt kleine Rasur B.

## BOEH 2

(1220) Juni 21, Orvieto  
[Papst Honorius III.] befiehlt dem Bischof [Ulrich II.] von Passau, dem königlichen Kaplan Magister A(rnold), der auf Veranlassung des Bischofs [Andreas] von Prag seine Benefizien in der Prager Diözese verloren hat, dessen Passauer Benefizien zurückzustellen, und unterrichtet ihn über das Mandat an den Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg, den Bischof [Karl I.] von Seckau und den Propst von Seckau, für die Durchführung dieses Befehls zu sorgen.

Hss.: Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 10, fol. 194r Nr. 789 (B).

Edd.: Erben, Reg. Bohemiae et Moraviae I (1855), S. 292 Nr. 622 (aus B). — Friedrich, CDB II (1912), S. 177–178 Nr. 191 (aus B).

Reg.: Palacký, Reise (1838), S. 22 Nr. 80. — Potthast, Reg. pont. Rom. I (1874), S. 549 Nr. 6276. — Pressutti, Reg. Honorii papae III 1 (1888), S. 413 Nr. 2501. — Boshof, Reg. Passau II (1999), S. 59–60 Nr. 1404.

Lit.: Winkelmann, Kaiser Friedrich II. I (1889), S. 384. — Hilsch, Kampf (1974), S. 302.

Das erwähnte Mandat ist Urkunde Nr. BOEH 3.

Zu den Hintergründen für Magister Arnolds Verlust seiner Benefizien siehe im Detail Winkelmann, S. 382–386; Hilsch, Kampf, S. 302; Žemlička, Přemysl Otakar I. (1990), S. 227–228; Mitis/Dienst/Lackner, BUB IV/2 (1997), S. 108–109.

Ediert nach B.

. . episcopo Patauiensi. Propter venerabilem fratrem nostrum . . Pragensem episcopum, magistrum A. regium capellatum, a suis duximus beneficiis amoendum. Verum quia nolumus, cum intentionis nostre non fuerit, huiusmodi amotionem extendi nisi ad beneficia illa dumtaxat, que in Pragensi diocesi obtinebat, presentium tibi auctoritate precipiendo mandamus, quatinus ea, que in diocesi tua obtinuit, sibi absque difficultate restituas cum fructibus inde preceptis, amoto ab eis quolibet detentore, ac facias ipsum gaudere possessione pacifica eorumdem. Alioquin venerabilibus fratribus nostris . . archiepiscopo Salzeburgensi et . . episcopo ac dilecto filio . . preposito Sechouiensibus damus nostris litteris in mandatis, ut id auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, exequantur, contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Dat. apud Vrbem veterem, XI kal. iulii, anno quarto.

[Es folgt Urkunde Nr. BOEH 3.]

## BOEH 3

(1220) Juni 21, Orvieto  
[Papst Honorius III.] befiehlt dem Erzbischof [Eberhard II.] von Salzburg, dem Bischof [Karl I.] von Seckau und dem Propst von Seckau, gegebenenfalls mit Androhung von Kirchenstrafen

*dafür zu sorgen, dass der Bischof [Ulrich II.] von Passau dem königlichen Kaplan Magister A[rnold], der auf Veranlassung des Bischofs [Andreas] von Prag vom Papst seiner Benefizien in der Prager Diözese entsetzt wurde, dessen Passauer Benefizien zurückstellt.*

*Hss.: Registereintrag in Vatikanstadt, AAV, Reg. Vat. 10, fol. 194r Nr. 789 (B).*

*Edd.: Friedrich, CDB II (1912), S. 178 Nr. 192 (aus B).*

*Reg.: Hauthaler/Martin, SUB III (1918), S. 652–653 C Nr. 35.*

*Lit.: Hilsch, Kampf (1974), S. 302. — Boshof, Reg. Passau II (1999), S. 60 (Nr. 1404).*

*Siehe auch die Anmerkungen zu Urkunde Nr. BOEH 2. Die Empfänger und die Datierung ergeben sich aus der Überlieferung als a-pari-Brief.*

*Ediert nach B.*

[Urkunde Nr. BOEH 2]

In eundem modum scriptum est super hoc eisdem usque eorumdem. Quocirca discrezioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus, si dictus episcopus mandatum nostrum neglexerit adimplere, vos id auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, exequi procuretis, contradictores et rebelles per censuram ecclesiaticam, appellatione postposita, compescentes. Quod si non omnes etc. Dat. ut supra.